jedem gläubigen Christen in einem seiner Sätze geläugnet hatte, so antwortete der Engländer: Ich weiß, daß es beynah alle diese Doctoren so behaupten: allein ich nehme sie da nicht an, wo ihre Lehren auf die heilige Schrift nicht gegründet sind c), und halte es lieber mit Hussen, als mit allen diesen d). Hier nahm ihn Pržibram bey seinem, obgleich in Absicht auf die Väter unverschämten, Worte, und bewies ihm eben denselben Satz beynah mit eben so viel Worten aus den Schriften des Huf e). Der Engländer erwiederte: Huf führet hier nicht seine, sondern eine fremde Sprache. Eben so war der Streit beschaffen in Rücksicht auf das in dem h. Abendmahle nach der Consecration bleibende Brod f): „Weil sich die vielen wider mich angeführten Kirchenlehrer nicht auf die heilige Schrift gründen, und wären ihrer tausend, so sind sie nichts werth“, war die ganze Widerlegung.

Und gleichwohl war er unverschämt genug, alle diejenigen, die das natürliche Brod von dem Abendmahle ausschließen, für die ärgsten und abscheulichsten Ketzer auszugeben, welches er bald darauf auch von den Kirchenlehrern behauptete. Zum Unglück hatte er zuvor Pržibramen bey der Versammlung ange-

- 
- c) Ale nepřigjám gijch, Edyž se na Pjssně nezakládají.
- d) Když gest ge hanebně wšěcky zawrhl řka, že raději držim s Mistrm Husy, nežli sewšemi s těmi.
- e) Když gemu — wywedl Mistrz Husy Pjssno.
- f) Když gest toho naň podal Mistr — A tudíž wedl gemu -- na mnohonácte Doktorow swatých.



geklagt, daß derselbe den Huf verkehrte, indem er ihn dem Willef entgegen stellte. Nun bediente sich Präbram einer Retorsion, und schob dem Engländer die Klage und die deutliche Verkehrung des Hufs und aller gläubigen Böhmen, die das natürliche Brot in dem Abendmahle nicht verdauen konnten, wieder in seinen Busen g).

Dann behauptete der Payne öffentlich einige Sätze des Willef auf eine Art, die ganz nach der Unverschämtheit des Vaters roch: z. B. Daß diejenigen, die sich dem Satze von dem Brote widersetzen, ärgere Götzendiener sind, als die Juden und Heyden, weil sie offenbar den Teufel und die Götzen anbeten; daß die Christen glauben sollten, die consecrierte Hostie sey eher ein Efelkopf, oder der Teufel, oder eine Schlange, oder ein Frosch, oder sonst etwas dergleichen abscheuliches und stinkendes, als daß hier kein Brot bleibe, u. s. w. Und das waren eben diejenigen Artikel, die er vor einigen Jahren nieder geschrieben und in Böhmen ausgestreuet hatte. „Aus welchen die Keger viele Piccarditischen Tractärchen h) in der Böhmischen und Lateinischen Sprache von der ärgsten Art fabriciert haben. Allein diesen schreck-

li-

- 
- g) Tehdy Anglissi s Wileffem facerugere wššecký wěrně Czechy, Edožkoli drzi, že - - Ale toboť Bohda není, bycht' já ge facerowal. Než teš giž máte, šlyšite w šwě wššični Czechowé: Edoť wás y Mistrá Zúšy faceruge, ita: Buď toho Bohu žel, že to máme w Czešké zemi od toho cyzozemce šlyšeti.
- h) Mnoho Traktáčků.



hlichen Irthümern widersezte sich i) Mag. Johann  
 „Przibram in den Predigten sowohl als öffentlichen Di-  
 „sputationen auf das eifrigste. Als ein treuer Böhme  
 „bath er, und ermahnte alle gläubige Prediger, Priester,  
 „und Gemeinen, diesen Irthümern mit allem Fleisse  
 „und aller Thätigkeit Einhalt zu thun. Wir bekun-  
 „den auch hier treu und aufrichtig, daß Mag. Jo-  
 „hann Przibram auf der gegenwärtigen Disputation  
 „viele Widerwärtigkeiten, Unbilligkeiten, Unterdrück-  
 „ungen, Gewalt und Ungestüm k) leiden mußte.  
 „Denn der Engländer, welchen die Taboritischen  
 „Priester zu ihrem Sachwalter erwählt hatten, und  
 „die Bande der Priester, die von ihm zusammen ge-  
 „rottet worden l), widersezten sich ihm mit aller  
 „Gewalt, und zogen an sich, was sie nur wollten m),  
 „so daß der Engländer sechs Magisterbänke mehr,  
 „als ihrer Przibram hatte, an sich zog n). Und  
 „siehe er den Mag. Przibram zum Sitze ließ, so be-  
 „mächtigte er sich, wessen er nur wollte. Daher be-  
 „zeugte Mag. Przibram vor Gott und allen Heili-  
 „gen, und vor uns, daß er so großer Unbilligkeiten we-  
 „gen die wichtigsten Sachen, zu denen er sich mit  
 „dem größten Fleisse vorbereitet hatte, in der Dispu-  
 „tation auslassen mußte, und befahl Gott allein die-  
 „se

i) Wzdalse gest - w kázání y hádání, protiwté se ze-

k) Vkríkovaníj.

l) Stroge rotu kněžstú.

m) Czeleste slyně mocý a náslyjm gúsch proti němu,  
 gímž co chrsti, to sobě dosabowali.

n) Spsí stolic Wsistřých wice, než mēl Wsistř  
 Jan Przibram, dotáhl gest sobě.



„se Streitsache, und die Ausführung und Verlegung  
„derselben o).

„Dieses alles ist so in der That geschehen, wie  
„dieses allen Magistern, Herrn, Consuln, Amisver-  
„waltern, und der ganzen priesterlichen und schola-  
„stischen Gemeine, und allen denen, die zugegen wa-  
„ren, bekannt ist.“

ARTICVLI SYNODI GENERALIS CLERI REGNI  
BOEMIAE CELEBRATI IN INCLYTA PRAGENSIS  
CIVITATE IN FESTO SANCTI IACOBI.  
ANNO DOMINI 1434.

DE S. SCRIPTVRA LEGIS, ARTICVLVS I.

In primis pio et fideli corde credimus, et  
integra mente credendum, et asseuerandum  
affirmamus: omne verbum Scripturae sacrae  
veteris et noui testamenti, esse simpliciter, et  
immobiliter ad sensum, quem Spiritus sanctus  
flagitat, verum, sanctum, et catholicum, et ab  
vniuersis Christi fidelibus venerandum, et te-  
nendum, toto corde asseueramus, et nunciamus.

DE FIDEI PROFESSIONE PER SYMBOLA ET STA-  
TVTA. 2.

Item Symbolum Apostolorum, Symbolum  
magni Nicaeni Concilii, Symbolum Athana-  
sij,

---

o) Musyl gest neppilněgšš wěcy opustiti w hādās  
něj, poručěge Pánu Bohu tu přě, aby on sám  
rácil gj přowěšti.



fi, vna cum omnibus aliis Symbolis catholicis, in Ecclesia primitiua tentis et promulgatis, fideliter ex integro credimus, et credendum ab omnibus asseueramus, omniaque decreta sancta, statuta rationabilia et catholica, Apostolorum et Ecclesiae primitiuae, quam pro matre et magistra fidei catholicae honoramus, et a qua discedere nefas putamus, tenenda, et obseruanda decernimus, et mandamus, ita, vt quod Apostoli docuerunt, et ipsa seruauit antiquitas, nos quoque seruemus et custodiamus.

DE QVATVOR ARTICVLIS GENERALIBVS. PRIMO  
DE COMMVNIONE SVB DVPLICI SPECIE. 3.

Communio diuinissimae Eucharistiae, sub specie vtraque, panis scilicet et vini, utilis multum et saluti expediens toti credentium populo est necessaria, et a Domino praecepta Salvatore, sic et communicantes, moti fide Scripturae, aut Spiritu Domini, etiamsi praelati dissentiant, licite faciunt; nec ideo profandicendi sunt, nec veluti haeretici puniendi. Sub praedicta quoque duplici specie omnes fideles et corde fidelissime credant, et ore sincerissime confiteantur, totum Dominum nostrum Iesum Christum, verum Deum et hominem, cum suo proprio corpore et sanguine naturali, quod sumpsit de Maria Virgine, et quo sedet ad dexteram Patris, nobiscum esse sua praesentia reali. Sicque tenendum ab omnibus fideliter, Sacerdotes Domini populo annuncient et credendum. Eiusdem quoque Sacrosanctae Eucharistiae Communionem diuinissimam, sub vtraque



specie panis, et vini, quotiescunque Spiritus Domini suggesserit, siue semel tantum quotidie, siue certis dierum interuallis, vniuersis Christi fidelibus, tam sanis, quam aegris, tam adultis, quam infantibus, omni ingenio et pietatis consilio effectualiter exequendum promoueant, et velut donum omnium gratiarum ardentissime populo recommendent. Cui in eodem Sacramento honore cultus p), genu flexione, adoratione, luminum accensione, et aliarum venerationum exhibitione debet exhiberi. Et circa ministerium aliorum Sacramentorum Sacramentum Eucharistiae, sub praemissa forma, velut virtus, et confirmatio eorum non deseratur, sed concurrat et ministretur. Quia teste beato Dionysio, nullum Sacramentum rite celebratur, in quo sacra Eucharistia non fumitur.

SECUNDO, DE COHIBITIONE PECCATORVM MORTALIVM. 4.

Item vt omnia peccata mortalia, et praefertim publica, per eos, quorum interest, rationabiliter et secundum legem Dei cohibeantur, corripiantur, et eliminantur.

TERTIO, NON PROHIBERE SAEPE PRAEDICATIONEM ET LECTVRAM VERBI DEI. 5.

Item, vt verbum Dei a sacerdotibus Domini, et Leuitis idoneis libere et fideliter praedicetur.

AVAR-

---

e) Vielleicht honor et cultus.



QUARTO, CLERVS VT NON MILITET, NON ADIV-  
DICET MORTI, STIPENDIARIOS NON SERVET. 6.

Item, non licet Clero tempore legis gra-  
tiae super bonis temporalibus saeculariter do-  
minari b).

SINE SACRAMENTIS COMMVNIBVS NON ESSE SALV-  
TEM, ET QVAEDAM ESSE VTLIA, VT MATRI-  
MONIVM ET ORDO. 7.

Item, credimus et tenemus, quod septem  
Sacramenta, videlicet Baptismus, Confirmatio,  
Poenitentia, Sacrosancta Eucharistia, Ordo,  
Matrimonium, et Vnctio sacra, sunt ex fide  
catholica saluberrima antydotum animarum, ab  
omnibus promouenda et tenenda, ipsumque  
Sacramentum Baptismatis more Ecclesiae, cum  
Exorcismis et patrinis, et cum chrysmate et oleo  
sacris, et cum trina immersione in aqua benedicta,  
ac aliis ritibus consuetis, ab Ecclesia, exercen-  
dum; dum ad ista adest congrua opportunitas lo-  
ci, temporis, et personarum. Sacramentum vero  
Vnctionis extremae, poscentibus aegris, et infir-  
mis, iuxta ritum et formam Ecclesiae sanctae est  
ministrandum et practifandum. Et nos hortamur  
omnes, et de post volumus adhortari, vt qui  
dum in grauem infirmitatem inciderunt, illud  
Sacramentum non omittant, aut quouis modo  
contemnant. Quia contemptores illius aut  
aliorum Sacramentorum sunt castigandi, et  
iuxta censuram corrigendi.

¶ 3

DE

---

b) Das sind die so genannten vier Prager Artikel.



## DE RITVVM MODO CIRCA SACRAMENTA CELEBRANDO. 8.

Item, tenemus, et obseruare intendimus, quod ritus et ordo sacrificandi in Missa et Vesperis, ac circa alia officia diuina, in habitu, aliisque ab Ecclesia consuetis est legitimus et debitus. Prout circa Missam est Humerale, Alba, Stola, Manipulus, Cingulus et Ornatus, qui ritus absque rationabili necessitate, et circumstantia debita et magna, in Missa et aliis diuinis officiis, a Sanctis in laudem et honorem Dei dispositis, et ordinatis, a Sacerdotibus Christi non debent omitti, sed in facto teneri et obseruari.

## DE IEIUNIIS OBSERVANDIS. 9.

Item, ieiunia in vigiliis Sanctorum, ipsi Deo facienda, et alia ieiunia debita, in Ecclesia sancta, hucusque legitime obseruata, ipsi volumus obseruare et nobis subiectos ad conseruandum tenere.

## DE HABITU HONESTO CLERI ET TONSVRA. 10.

Item, Clericus professionem suam etiam habitu et tonsura a communi populo differenter, gestu et incessu probet, nec vestimentis, nec calceamentis decorem, sed religionem quaerat,

## DE PROHIBITIONE SYMONIAE. 11.

Item, nullus Sacerdotum Christi pro septem Sacramentis aut pro ministerio alicuius eorundem, imo nec iuxta ministerium alicuius Sacramenti, aut alia quaecunque spirituali-

li-



libus annexa, pecuniam aliquam aut dona recipiat, aut exigat: nec sub obtentu religionis cuiusquam pro orationibus recipere audeat.

DE PURGATORIO ET PIIS SVFFRAGIIS MOR-  
TVORVM. 12.

Item, tenendum est, quod locus purgatorii animarum a corpore exutarum, et saluandarum, non ad plenum hic in via per satisfactionis remedium purgatarum, post hanc vitam est ponendus, quodque fideles hic in via talibus propter vinculum charitatis spiritus possunt et debent ieiuniis, et orationibus, elemosynis et sanctis oblationibus pie suffragari. Semotis omnibus auaris quaestibus, et quaestuosis lucris, pactis, et communicationibus, prohibitis a lege diuina, et patrum sanctorum institutis, quas solent facere Sacerdotes Symoniaci et auari.

DE LEGE HABENDA A SACERDOTIBVS LEGEN-  
DAQVE STVDENDA ET PROMOVENDA. 13.

Item, quod omnes Christi Sacerdotes totam Domini legem scriptam ex integro, aut si nullatenus possunt, ad minus nouam legem habeant, et ipsam tota sollicitudine legant et discant, et ita in se ad normam et vitam euangelicam et Apostolicam, necnon in aliis studiose promoucant, verbum Domini iugiter praedicando, et constanter promulgando.

DE COLLATORIBVS DECIMAS AVFERENTI-  
BVS. 14.

Item, placuit, et placet omnibus et singulis, ne laici audeant amplius decimas Ecclesiis deputatas, pro se aut suis vsibus, quouis



modo recipere : prout his temporibus irrationabiliter vsurpabant.

DE SVPERSTITIONE CASSATA, QVAE SVBSISTEBAT HOMINES A BONO. 15.

Item , circa ritus ecclesiasticos , illa , quae sunt ex certis causis omissa in communitatibus , quod haec habeantur , et teneantur his temporibus pro omiſſis. Nisi magis rationalis et vtilis causa interueniat , pro his in generali Synodo ex vnanimi consensu referendis.

DE DEDICATIONIBVS , PROPTER HOMICIDIA ET CAETERA MALA , ORDINATIO. 16.

Item , placuit omnibus , quod in proxima generali congregatione saecularium , petantur Domini Barones , et omnes communitates regni , de consensu dando ad translationem dedicationum Ecclesiarum huius regni ad vnum certum diem dominicum : sic vero vt ipso die omnium fiat simul celebratio vniformis.

DE CANTV DISSOLVTO CESSANDO, ET DE VOTO RESVMENDO IN ECCLESIA. 17.

Item , cantu et orationibus , quae sunt clara voce , secundum scripturas in Ecclesia , sacerdotes , et scholares , non lasciuia , aut laudem humanam , sed laudem Dei et deuotionem populi curent prouocare. Sacerdotes Epistolam et Euangelium in vulgari pronuncient. Vtrique discantus cum fractura vocis pro hac vice certis ex causis intermittant ; nisi horum postea rationalis causa ex vnanimi con-



consensu refumendorum affuerit. Symbolumque legatur aut decantetur vulgariter tempore opportuno.

DE INTERCESSIONE ET INVOCATIONE SANCTORVM. 18.

Item tenemus, quod Sancti in caelis, Christianis hic fidelibus, suis orationibus et charitativis auxiliis, pro capacitate siue eorum dispositione suffragantur. Quorum fideles possunt licite suffragia postulare, iuxta Doctorum sanctorum sententias. Circa hunc tamen cultum patriae, soli Deo debitum, eis non impendant, sed in moderamine, prout decet ad Sanctos se habere, ad eosdem habeant. Vt quidquid deordinati foret respectus ad Sanctos, et supra mensuram postulationis, haec abiciant.

INSTITVTA HVMANA CAUTE OBSERVANDA NON AEQVE VT DIVINA. 19.

Circa tamen omnia et singula ista superius conclusa, diuina pro diuinis, et humana habeantur pro humanis. Et ipsa in sua mensura et pondere teneantur, et custodiantur; sic vt ea quae sunt Caesaris, Caesari, et quae sunt Dei, Deo reddantur. Vnum tamen pro reliquo non rapiatur, nec vnum alteri adaequetur. Nam de necessitate salutis prius et ante omnia ea facere oportet et adimplere, quae sunt immediate a Deo, quam ea, quae sunt ab hominibus. Quia scriptum est: Primum quaerite regnum Dei, et iustitiam eius. Etiam cum

mq-



maiori solertia debet facere ea, quae sunt a Deo praecepta, vel quae vicinius a Deo emanant: quam ea, quae sunt statuta et mandata ab hominibus, dicto Apostolorum attestante: Magis oportet Deo obedire, quam hominibus. Ipsa tamen praecepta, hominum doctrinae et statuta rationabilia non sunt contemnenda, prout Dominus Iesus determinauit dicens: Haec oportuit facere (puta, Dei verba et praecepta) et illa non obmittere, scilicet statuta et adinventiones rationales Superiorum, ita, vt transgressores diuinorum arctius et districtius puniantur, quam transgressores mandatorum humanorum.

DE ADMINISTRATIONE EUCHARISTIAE CVM  
CAVELA SVB POENA POENITENTIAE. 20.

Volumus quatenus vniuersi ministri Sacrosanctae Eucharistiae, summa reuerentia et cautela vtantur in eius administratione. Ne videlicet in ministrorum culpam grauissimam vlla iniuria seu irreuerentia Sacramento tremendissimo eueniat, si minutarum particularum, quae oculos solent effugere ministrorum negligentium, lapsus aut tactus extra loca sacra eis debita, eisdem accidat, praecipue si sacratissimi Calicis aliqua stilla vel humiditas in pallas vel aliàs decidat, vel eas contingat. Quod si fiat ex ministri negligentia, minister ipse exigente sua negligentia, non ad arbitrium, et iudicium sui ipsius, sed alterius idonei et fidelis, scientisque ligare et soluere, poenam subeat, et poeniteat.



IN MONSTRANTIA EVCHARISTIA TEMPORE DEBITO ET PER SACERDOTEM SOLVM EXPOSITA ENDA EST. 21.

Insuper, Sacramentum Eucharistiae in Monstrantia collocatum, non passim populo apertum, sed infra diuina duntaxat ostendatur: et post diuina mox, non per scholarem quempiam, nec laicum, sed per Sacerdotes recludatur, et consequenter per Sacerdotes, opus quotiescunque fuerit, aperiatur. Et Sacerdotes non rangant Sacramentum primae aut secundae speciei, nisi manibus lotis, et post Sacramentum similiter lauet. Nec illotis manibus res alias contingant materiales non consecratas. Etiam nullibi Sacramentum Eucharistiae per aliquem Sacerdotem relinquatur, nisi in Ecclesiis parochialibus, vbi adest Sacerdos eiusdem Ecclesiae minister parochialis, semperque Sacramentum primae speciei, si non prius, postremo tamen in mense, propter solemnitatem illius renouetur. Archa siue locus, vbi Sacramentum seruatur, bene mundus, absque telis aranearum, et immunditiis aliis singulis custodiatur.

DE CVSTODIA SACRAMENTORVM IN ECCLESIA TVTA. 22.

Volumus, vt in Ecclesiis Eucharistia et Chrysm, oleum sacrum, et aqua Baptismi, sub fidei custodia siue seris conferuetur: ne possit ad illa temeraria manus extendi, pro nefandis aliquibus exercendis. Si vero is, ad quem spe-



spectat custodia, ea incaute relinquat, poenitentiam subibit, Et si per eius incuriam aliquid nefandum inde contigerit, grauiori subiacetbit vlioni.

DE IMMUNDITIA ECCLESIARVM, VASORVM, CAETERORVMQVE. 23.

Item, relinqui nolumus incorrectum, quod quidam Clerici Ecclesias habent indispositas, vt potius domus laicae, quam Dei Basilicae videantur, fordibus et immunditiis variis dimittentibus relictas. Sunt et alii, qui non solum Ecclesias dimittunt incultas, vel in Ecclesiis vasa ministerii, et vestimenta ministrorum, ac pallas altaris, nec non calicis et ipsa corporalia, tam immunda relinquunt, quod interdum aliquibus sunt horrenda. Quia vero nos zelus comedit domus Dei, firmiter prohibemus, ne talia in Ecclesiis contingant Dioecesis Praeensis. Praecipimus quoque, vt calices et alia ecclesiastica vasa, corporalia, vestimenta praedicta munda et nitida conferuentur. Nimis enim viderur absurdum, fordes et negligentias admittere in sacris, quae in sacris possint dedecorare Ecclesiastica quouis modo,

DE FOCARIIS ET CLERICORVM CVM MVLIERIBVS CONVERSATIONE. 24.

Item, nullus suspectas mulieres circa se foueat, nec iuenculas pro coquendi ministerio suscipiat, aut alicui concubinae adhaereat, vel familiaritatem conuersationemque suspectam  
fi-



ſiue ſcandalofam cum aliqua muliere habere praefumat, ſic et in tantum, vt non ſolum a malo, ſed etiam a ſpecie cuiuslibet mali, ſibi diligenter praecaueat.

DE PROMOTIONE CVIVSQVE SCHOLAE ET  
STVDII. 25.

Item, volumus, quatenus ſcholae et ſtudia grammaticae artis, et aliarum artium, cum diligentia promoueantur. Et ſicubi impia maiorum praefumptione impedita vel destructa ſunt, ſtudioſius reerigantur, vt tenella aetas illa bonae indolis puerorum virtutibus et ſcientiis imbuatur et allueſcat: et ne ad vitia quaeuis, ad quae tunc prompta eſt, negligentius inſoleſcat. Omnesque quarumque artium ſtudentes monemus, petentes, vt ingenio et ſcientia quauis acquiſita ipſi ſubueniat q) veritati et fidei chriſtianae orthodoxae.

DE NON SVSCIPIENDA PAROCHIA SINE CON-  
SENSV SVPERIORVM. 26.

Item, propter vagos ſiquidem Sacerdotes pro ſtatuto habere volumus, quod nullus de caetero de cura alicuius Eccleſiae, ſine ſcitu et conſenſu Superioris et Directoris Cleri electi, ſiue in poſterum eligendi, quouis modo ſe audeat intromittere, et eiſdem Eccleſiae onus Paſtoris aſſumere, vt ſic fraudulentae deceptioni occaſio amputetur.

Landt:

q) Vielleicht ſubueniant.



**Landtsrid wsseho Kralowstwij Cze-**  
**ského po smrti geho milosti Krále Albrechta**  
 včinený w Praze Léta 1440.

Landfrieden des ganzen Königreichs Böhmen, der nach dem Tode seiner Majestät des Königs Albrecht zu Prag im Jahre 1440 geschlossen worden.

Die Absicht der Böhmischen Stände in dieser Versammlung ging dahin, daß die bürgerlichen Kriege und Unruhen, die sich nach dem Tode des Kaisers Sigismund in Böhmen erhoben hatten, beigelegt werden möchten. Dieser Landfrieden, wie auch die folgenden Artikel (Artykulowé odewsseho Knežstwa Pražského pro vřvrzení Landtsřydu odewssij země včineného zavřrenij, a řřze Kapitolu na hrazdě Pražském vyhlássenij, den Swateho Jeronyma Léta 1441.) die zur Bestätigung eben desselben Landfriedens von der ganzen Pragischen Priesterschaft im folgenden Jahre geschlossen worden, sind in den alten Compactaten zu Prag im Jahre 1513 gedruckt worden. Ich werde also ein andermahl die Gelegenheit haben, von denselben zu handeln.

CONDICTATIO SYNODALIS IN MONTIBUS  
 GVTTNIS ANNO 1441.

In Christi nomine amen. Anno Domini 1441 die Francisci. Nos Sacerdotes, in Synodo Montibus Guttnis aggregati, honori Dei intendentes, bonum commune huius inclyti Regni diligentes, occurrere (quantum in nobis foret Dei cum adiutorio) malis, quae in hoc Regno pullulant concupiscentes: in primis pro



pro vnitate et pro ordine sancto, ac bono in nobis introducendo, petimus Magistrum venerandum Ioannem de Rokiczano, Ecclesiae Pragensis electum Archiepiscopum, omnes vnanimiter nullo contradicente, vt curam regiminis supra nos acceptare dignetur. Et subiicimus nos voluntarie directioni, regimini, et dispositioni eiusdem. Vniuersi quoque et singuli eidem promittimus obedientiam, in omnibus licitis et honestis, verbo et manuum stipulatione. Et in hac praefata nostra residimus <sup>r</sup>) et consensimus omnes et singuli, nullo repugnante ex vnanimi consensu in articulos hic conscriptos.

DE FIDE TRINITATIS ARTICVLVS I.

In primis volumus, vt vniuersi Sacerdotes et Clerici de sancta et indiuidua Trinitate, Patre, et Filio, et Spiritu sancto, et articulis aliis fidei, maxime Diuinitatem et humanitatem Domini nostri Iesu Christi, conseruentibus, non aliter credant, teneant, et doceant populum, nisi quod sancta, venerabilis tenet et docet Ecclesia.

DE

r) Hier muß sich ein Schreibfehler eingeschlichen haben. Vermuthlich soll es heißen: in haec praefata nostra residimus, oder resedimus, welche Böhmische Redensart auch weiter unten vorkommen, und erklärt werden wird.



## DE FIDE SEPTEM SACRAMENTORVM ECCLESIAE. 2.

Credimus et tenemus, quod septem Sacramenta Ecclesiae, videlicet Baptismus, Confirmatio, Poenitentia, Sacrosancta Eucharistia, Ordo, Matrimonium, Vnctio sacra, sunt ex fide catholica salubria Antydota animarum, ab omnibus Christi fidelibus promouenda et tenenda, ipsumque Sacramentum Baptifinatis more Ecclesiae, cum exorcismis, et patrinis, cum Chrysmate et oleo sacro, ac aliis ritibus conuictis ab Ecclesia, est exercendum: dum ad ista ad est congrua opportunitas loci, temporis et personarum. Sacramentum vero extremæ Vnctionis, poscentibus aegris et infirmis, iuxta ritum et formam Ecclesiae sanctae, est ministrandum, et practifandum. Et nos hortamur omnes, et de post volumus adhortari, vt cum in grauem infirmitatem inciderint, illud Sacramentum non obmittant, aut quouis modo contemnunt. Quia contemptores illius et aliorum Sacramentorum sunt castigandi, et iuxta censuram Ecclesiasticam corrigendi.

## DE FIDE EVCHARISTIAE, ET EIVS ADORATIONE AC PROMOTIONE. 3.

Singuli Sacerdotes sincere credant, et ore fideliter confiteantur, in diuinissimo Eucharistiae Sacramento, totum Christum verum Deum, et verum hominem, sua propria natura et substantia suae naturalis existentiae, quam sumpsit de Virgine Maria, et qua residet in caelo in dextera Dei Patris, sicque ab hominibus



bus tenendum fideliter populo annuncient, et in eodem Sacramento Altaris Venerabili, ipsi Christo honor, cultu, genuflexione, adoratione, luminum accensione, et aliarum venerationum exhibitione, impendi debet a Christianis, et exerceri.

DE CVSTODIA EVCHARISTIAE, ET ALIORVM SACRAMENTORVM IN SERVANDO. 4.

In Ecclesiis Eucharistia sancta, Chryfina, et Oleum sacrum, aqua Baptismi, sub fideli custodia siue seris conseruetur, ne possit ad illa temeraria manus extendi, pro nephandis aliquibus exercendis: si vero is, ad quem spectat custodia, ea incaute reliquerit, puniatur: quod si per eius incuriam aliquid nephandum contigerit, grauiori subiacebit vltioni.

DE CAUTE LA ET DILIGENTIA HABENDA CIRCA SANCTAE EVCHARISTIAE MINISTRATIONEM. 5.

Sacerdotes Sacramentum Eucharistiae populo ministrantes omnem curam, diligentiam, et reuerentiam apponant: et plebes moneant, vt reuerenter, deuote, cum omni conatu, ne aliquid periculi contingat, se gerant. Quod si ex negligentia et incurabilitate Sacramentum ad terram fuerit lapsum, sciant quid indicit eis Canon, vt habetur de consecratione, Dist. 2. Si per negligentiam aliquid stillauerit de Sacramento ad terram, lingua lambatur, et tabula radatur, et igni tradatur, Sacerdos vero 40 diebus poeniteat; si supra Altare stillauerit,



forbeant ministri stillam, et tribus diebus poeniteant. Si supra lintheum Altaris, et aliud stilla peruenerit, quatuor diebus poenitebit. Si vique ad tertium lintheum peruenerit, octo diebus poenitebit. Si ad quartum, 30 diebus poeniteat. Et linteamina, quae tetigerit stilla, tribus vicibus abluantur, calice subtus posito: et deinde aqua in loco secreto honesto Ecclesiae recondatur, haec ibi etc. Quia quod graue est auditui, plerique heu circa huiusmodi emergentias et casus nullam ac modicam vim faciunt, in scandalum animarum suarum, Sacramentique venerabilis parupensione, furda aure pertranseunt.

**EVCHARISTIA SANCTA IN ECCLESIIS PRIVATIS  
NON RELINQVENDA. 6.**

Quia Sacramenta diuinorum secretorum commissa sunt Sacerdotibus ac presbyteris, qui cum timore et tremore Sacrosanctum Dominicum corpus debent custodire, nequa putredo ac imundities in Sacratio reponatur. Volumus vt de caetero nullus audeat Sacramentum Eucharistiae, ad nutum et instigationem hominum aliquorum, relinquere, vbi Sacerdos pro custodia et reuerenti conseruatione diuinissimi Sacramenti non habetur.

**PRO EVCHARISTIAE HONORIFICENTIA CIRCA  
ELEVATIONEM, ET IN PROCESSIONIBVS. 7.**

Quia plerique istis temporibus periculosis irreuerenter exhibent se ad sacram Eucharisti-



ristiam, quilibet Sacerdos plebem suam doceat fideliter et diligenter, vt in celebratione Missarum, cum eleuatur hostia salutaris, quilibet deuote genua sua flectat. Idem faciens, cum eandem Praesbyter portat ad infirmum, quam in decenti habitu, superposito velamine mundo, ferat, manifeste ac honorifice, ante pectus, cum omni reuerentia et honore, semper nola paruula, et lumine in laterna praecedente. Nisi locorum repugnet distantia, vel temporis qualitas, vt ex hoc apud homines fides augeatur.

DE MVNDITIA VASORVM, CAETERORVMQVE SACRORVM. 8.

Singuli Sacerdotes videant, quatenus pro honestate Sacramentorum pallae altaris, calices, corporalia, vasa pro Eucharistia sacra deputata, et vestimenta ministrorum munda et nitida conferuentur, quia nimis videtur absurdum, in Sacris sordes contingere, quae nec decent in prophanis vestimentis.

DE NON ADMITTENDIS AD COMMVNIONEM IMPOENITENTIBVS. 9.

Doceant Sacerdotes plebes, quatenus nullus in crimine letali existens, sine praeuia poenitentia, contritione scilicet, confessione oris Sacerdoti, et sibi iniuncta satisfactione, ad Altaris Sacramentum ausu temerario, in suae salutis periculum et detrimentum, audeat accedere, Sacerdotes etiam personas honestas, et laicas, et laudabiliter in sancta conuersatione



viuentes, absque causa rationabili non auellant, nec retrahant a Diuinissimi altaris communione frequenti.

DE MANDATIS DOMINI OBSERVANDIS. 10.

Cum mandata Domini sunt lucerna et praeceptum Domini illuminans oculos, lex vitae et spiritus, eo quod vitam tribuant, et in illis custodiendis est retributio multa obseruantibus ea: Id circo desideramus, qualiter Sacerdotes magni pendant, et prae caeteris ponderent suis subiectis mandata Domini, ad diligentem obseruationem eorundem in opere, omnes subditos teneant, et manuducant. Et omnes transgressores publicos eorundem a Communione Diuinissimae Eucharistiae secludant, nisi egerint poenitentiam salutarem.

DE OBSERVATIONE DOMINICAE DIEI, ET ALIORVM FESTORVM. 11.

Quamuis alia praecepta Domini passim a Christianis transgrediantur, tamen praecipue in Sabbatis et festiuitatibus Domini et Sanctorum exaggerantur, multiplicanturque peccata: placuit, quatenus Sacerdotes instruant sibi subditos, vt Sabbata Domini et festiuitates sic celebrentur, ne diabolis in derisum propter huiusmodi solemnitates, prout celebrantur, exponerentur. Informent populum, quod celebratio festiuitatum requirit praecipue, ab operibus peccatorum cessationem: quae cum sint maxime seruilia opera, et sic per ea maxime trans-



transgreſſio Sabbati fit , et cultus Domini requirit s). Secundo vt a mundi actibus, et faecularibus operibus in Sabbato definant, et non aliquid mundanum gerant, ſed ſpiritualibus operibus vacent, ad Eccleſiam conueniant, lectionibus Diuinis et tractatibus aurem praebeant; ſicque occupentur, et meditentur circa omnia. Quia teſte Origene, haec eſt obſeruationo Sabbati a populo Chriſtiano.

DE OMNIBVS PECCATIS MORTALIBVS COHIBENDIS ET DESTRVENDIS. 12.

Quia peccata mortalia, quae nimis heu multiplicantur, intoxicant animas, ſicut coluber, deuorant donum gratiae, et deuorant bona naturae, ſicut dentes leonum, in praefenti grauiffime laedunt, et poſt ad gehennam deducunt, velut rhomphaea bis acuta, et gentis peccatricis merentur exterminium, ſicut dicitur: ſecundum multitudinem impietatum eorum expelle eos. Quare ſtatuumus, vt omnia peccata mortalia publica, lege Dei prohibita, quilibet Sacerdos in ſe deſtruat, et in aliis toto conamine nitatur deſtruere et diſſipare: nec aliquid huiusmodi malum in ſuis ſubditis negligenter, quantum in eo eſt, permittat, aut ignaue toleret, et deſidioſe ſuſpendat.

DE  
3 3

s) Hier ſcheint etwas, das die Enthaltung von dergleichen Entheiligungen bedeutete, ausgeblieben zu ſeyn.



## DE POENITENTIA DEBITA. 13.

Quia plerique per falsam decipiuntur poenitentiam, doceantur fideles a Sacerdotibus, quod tres sunt partes poenitentiae, Contritio, quae est basis et fundamentum poenitentiae, sine qua non dimittitur peccatum; secunda, Confessio Sacerdoti facienda; tertia, Satisfactio per salutaria remedia, ut puta: ieiunia, eleemosynas, orationes, et caetera opera, quae sunt exequenda. Sed et sicut quidam falluntur, super sola Confessione auriculari, sine contritione cordis et satisfactione operis innitentes, sic et alii decipiuntur, qui auricularem contemnunt confessionem, et satisfactionem modicam aut nullam facere volunt.

## DE IEIUNIIS OBSERVANDIS. 14.

Informent Praesbyteri diligenter plebem, quatenus vniuersi vtriusque sexus fideles a viginti annis et supra, omnia ieiunia, per Ecclesiam quae indicuntur, vel consuetudine Patrum approbantur, cum summa diligentia studeant obseruare. Nisi forte quis aliqua debilitate vel infirmitate grauatus, refectione egeat cibariorum. Et hoc cum consilio et consensu faciat idonei Sacerdotis. Nam qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum viciis et concupiscentiis.

## DE CVRRENTIBVS PER DEDICATIONES ET EXEQVIAS CAUSA VENTRIS. 15.

Plerique sunt heu Sacerdotes, cura ventris moti, ut epulentur, aut alia causa carnis agi-



agitati, vbi dedicationes Ecclesiarum celebrantur, aut exequiae annales pro defunctis obseruantur, multi concurrunt, et conglobantur, proprias parochias derelinqnentes, aut festiue t) Missarum solennia euadentes, residemus u), vt de caetero nullus carne motus, et sine causa rationabili et euidenti audeat propriam derelinquere et negligere plebem.

DE PURGATORIO POST HANC VITAM. 16.

Ex multis scripturis sanctorum Doctorum et lege Dei tenemus, quod animarum a corpore exutarum est locus purgatorii post hanc vitam, quae non ad plenum hic in via pro suis satisfecerunt peccatis, quae post hanc vitam purgatae saluabuntur. Et quod fideles viantes propter vinculum charitatis et spiritus, possunt et debent illis pie suffragari ieiuniis et orationibus, eleemosynisque, et aliis sanctis operibus. Circa haec tamen semota sint, auaritia, lucra, deordinatio sacerdotum, et quaeuis Symonia.

DE SVFFRAGIIS SANCTORVM IN CAELIS INVOCANDIS. 17.

Tenemus, quod Sancti in caelis Christianis viantibus, orationibus et charitatiuis auxiliis,

3 4

iux-

r) Stelleicht festine.

u) Das scheint eine Böhmische Redensart zu seyn: Na tom se vsedáme, vsazugeme, d. i. na tom se vsstavugeme. Dieses beschließen wir. Und hie raus muß das nähmliche Wort oben in dem Eingange erklärt werden.



iuxta capacitatem et illorum dispositionem suffragantur: Quorum fideles possunt decenter suffragia postulare, iuxta Doctorum sanctorum sententias. Hoc tamen adiuncto, quod cultus patriae, soli Deo debitus, a nemine illis impendatur. Quia dixit Dominus, gloriam meam alteri non dabo.

DE VAGIS RECTORIBVS ECCLESIA RV M PINGVIA  
QVAERENTIBVS. 18.

Plerique sunt heu Sacerdotes, qui ad plebanias pinguiore s toto nisu conantur introire, et more conductitorum habent se seruorum, extenuatis emolumentis circa Ecclesiam vnam, se transferunt ad aliam, vbi iudicauerint pinguiora, facientes plurima, quae non licet loqui in opprobrium Cleri et scandalum laicorum. Volumus vt de caetero, nullus intromittat se de plebe regenda, aut etiam si quam rexerit, obmittenda, nisi cum scitu et assensu sui Decani.

DE CLERICIS EBRIETATI VACANTIBVS. 19.

Est Ieronymus in Hebraicis quaestionibus: omnes, qui ebrietatem sectantur, filii Belial vocantur. Placuit ab antiquo, et nobis placet: Si quis Sacerdos in ebrietate aliquotiens repertus fuerit, tabernis aut aleis inseruierit, poenis subiacebit et vltioni, iuxta condignum, et superiorum voluntatem.

DE



## DE SYNODIS APPROBATA. 20.

Approbamus, et amplectimur statuta Domini Arnesti Archiepiscopi Pragensis, tanquam bona, salubria, et fidei Orthodoxae consona. Cum hoc etiam Synodum, circa festum S. Procopii in Praga celebratam de Anno Domini 1421 acceptamus: quae celebrata est sub Reuerendissimo Domino Conrado Pragensis Ecclesiae pro tunc Archiepiscopo, cuius Synodi Rectores erant Magistri Iacobus piae memoriae de Misa, Procopius de Plzna, Ioannes de Przi-  
bram, et Ioannes Nouae ciuitatis Pragensis praedicator.

DE PROVISIONE PER SVBDITOS SACERDOTIBVS  
FACIENDA. 21.

Iure naturali, diuino et humano, illis qui seruiunt communitatibus et spiritualibus in diuino cultu et doctrina x), vt eis a communitatibus prouideatur in temporalibus, quia dignus est operarius cibo suo.

## DE SYMONIACIS. 22.

Placet pro compescenda, et repellenda Simonia, stare et subiacere statuto Domini Arnesti Pragensis Archiepiscopi, in statutis provincialibus edito et compilato, et etiam  
Sy-

---

x) Hier scheint etwas ausgelassen zu seyn, welches man leicht hinzu denken kann.

Synodi decreto supratactae, circa festum ■  
 Procopii factae, cuius decretum per Magistros  
 Iacobum de Miſa, Procopium de Plzna, Ioan-  
 nem Przibram, et Nouae ciuitatis praedicator-  
 rem, his verbis est ordinatum: Quod nullus  
 Sacerdotum Christi, pro Sacramentis, et pro mi-  
 nisterio septem Sacramentorum, aut aliis om-  
 nibus spiritualibus annexis, pecuniam aliquam,  
 aut dona recipiat, aut exigat, nec sub obtentu  
 religionis cuiuscunque pro orationibus sus-  
 cipere audeat.

DE VSVRIS. 23.

De vsura placet Articulus in statutis Do-  
 mini Arnesti praemissi Archiepiscopi Ecclesiae  
 Pragenſis, mandatum eius, vt curati et praedicator-  
 es saltem semel singulis mensibus statu-  
 tum de ipſo peccato vsurae plebibus subiectis  
 vulgariter exponant et publicent, ac salutari-  
 bus inducant monitis, vt abstineant a crimi-  
 nibus et fraudibus vsurarum.

DE COMPACTATIS CVM CONCILIO BASILIENſI  
 ET IMPERATORE SIGISMVNDŌ FACTIS. 24.

Parati sumus locum Compactatis dare, et  
 executione iuste obligamur. Si tamen ea, quae  
 ex compactatis eisdem Regno huic dabuntur y),  
 per Boemos seruantur. Quia in salubribus,  
 et

---

y) Vielleicht debentur.



et vtilibus saluti hominum Compactata ab eis,  
quae z) contra nos multa pro Compactatis lo-  
quuntur, non tenentur.

*Expliciunt Articuli Synodi Montium Gut-  
tinarum.*



**Tho:**

---

z) Vielleicht qui,

# Thomá Mitis

v o n

L i m u s a

L e b e n u n d S c h r i f t e n

u n d

bey dieser Gelegenheit etwas von der Litteratengesellschaft  
in Böhmen, Mähren, und Ungarn.

**D**ieser ruhmvolle Mann, der als Lehrer, Dichter, und Verleger die wichtigsten Dienste seinem Vaterlande geleistet hat, und bereits mehr, als dem bloßen Nahmen nach in unsrer Litteratur berühmt ist, verdient noch näher, und ganz so, wie die merkwürdigsten Geister, gekannt zu werden. Er wurde im Jahre 1523 in Nymburg, einer Stadt in Böhmen an der Elbe, zur Welt geböhren a).  
Sein

a) Lup. Ephem. XX Decemb. Circa hunc diem hora antelucana, nascitur Nymburgi, Ciuitate supra Albin, Thomas Mitis, Boemicus (quomodo eum vocat Dauid Crinitus) Lyricen. Wenn es jemand daran gelegen ist, auch seinen Geburtstag bestimmter zu wissen, so war es der 21 Decemb. wie aus dessen Carmen de feriis S. Thomae Apostoli (Farrag. I. Poem. f. 75) erhellet:

Sive quod Diui gero nomen huius,

Hunc



Sein Vater war Johann Bamarithus, sonst Mitis, von Pisek gebürtig, nachmahligter Bürger und Rathsvorwandter zu Nymburg, selbst ein gelehrter Mann, an der hohen Schule zu Prag mit der Bacalariatswürde gekrönt, und der damahls ansehnlichen Litteraten oder Chorsänger einer h). Ein solcher Vater war

nun

Hunc ergo rectis imitabor actis,  
 Et mihi semper statuam sequendum,  
 Atque sic sancti celebrabo Thomae  
 Festa decenter,  
 Festa, luci isti sociata, primum  
 Qua satus, caeli gelidas sub auras  
 Prodiit natus, subiens in ampli  
 Climata mundi.  
 Haec dies ergo celebretur a me  
 Sacra, signetur niueo quotannis  
 Calculo, nostri fuit illa quondam  
 Conscia partus.

Der Fehler in Schamelii Numburgo literato, und hieraus in Jöchers Gelehrtenlexicon, wo unser Mitis zu einem Raumburger gemacht wird, ist schon gerüget worden Balb. Boh. doct. P. II. pag. 240. not. 230.

- b) Thomas Mitis schrieb ihm folgendes Epitaphium:
- Qualia iusta tibi, pater, Inferiasue iacenti  
 Quas soluam? cineres quo decorabo tuos?  
 Artibus ingenuis, tituloque a Baccare lauri  
 Ducto, Can'orum par tibi rarus erat:  
 Seu vox spectetur dulci modulamine dulcis,  
 Seu quoque cantandi partis et artis honos,  
 Nymburgi factus civis, vigilansque senator,  
 Semper ei de te commoda magna dabas.  
 Te moriente, salus vrbs depressa notatur:  
 Solus ego soboles nunc tua dicor adhuc.  
 Hactenus ipse tibi nullius signa doloris,  
 Muneris extremi nec monumenta, dedi:  
 Te



num freylich im Stande, von der Anlage, und den Fähigkeiten seines Sohnes ein treffendes Urtheil zu fällen, und ihm einen den Naturkräften angemessenen Kreis der Thätigkeit anzuweisen. Er widmete ihn den Studien, denen derselbe schon von seiner Natur gewidmet worden war. Den Grund zu der künftigen Gelehrsamkeit legte der junge Mitis unter der Anführung des Wenzel Arpin, der wegen seiner Geschicklichkeit in dem Lehramte damals sehr berühmte war, und studierte also zuerst in Saaz c). Von dannen ging er auf die Universität nach Prag, und setzte da unter dem Lehrer Matthäus Collinus die *Humaniora* fort d). Von diesem Lehrer wurde er vorzüglich zu dem Dichter gebildet, den an ihm nachher auch die auswärtigen Gelehrten bewunderten e). Dann legte er sich auf die philosophischen Wissenschaften, und erhielt zur Belohnung seines guten Fortganges in denselben, unter dem Decane der philosophischen Facultät Wenceslao Crullinio a Dalmenhorsto im Jahre 1546 das *Bacalarat* f).

M.

---

Te tamen id, raptum fato, solabitur, a te  
 Quod patre progenies degener haud fuero:  
 Tunc quoque Boemis adscribar quando Lyricen  
 Vatribus: Aonii pars quotacunque chori.

Ante diem raptum donat patrem vltimus haeres.

c) Siehe oben S. 120.

d) Farrag. Poemat. III. f. 144. sq.

e) Th. Mitis in Carmine Hymnod. in Messiam praemisso:

Collinusque chelys nostrae formator et altor,

f) Acta Decan. philof. ad h. an.



Allein man hatte frühzeitig dessen Dienste vordröthen. Er war in jedem Betrachte schon der Mann, dem die Vorsteher der Landschulen die Erziehung und Bildung der Jugend anvertrauen konnten. In dieser Absicht ward er nach Böhmischbrod geschickt, wo er, nach der damaligen Einrichtung der Schulen in den Landstädten g), das Amt des Unterlehrmeisters, oder des so genannten Hypodidascalus übernahm, welches aus dem erhellet, daß er die Magisterwürde in der Philosophie auf der Universität noch nicht erhalten hatte h).

Hier

g) Siehe meinen Commentar de saecularibus lib. art. in Boh et Mor. fatis pag. 337. sq.

h) Diese bekam er erst im Jahre 1552, und in der Schule zu Böhmischbrod finden wir ihn schon im Jahre 1551, in welchem er an den Johann Zodiejowsky von Zodiejowa (Siehe von demselben Abhandlungen Böhmischer und Mährischer Gelehrten 4 Th. S. 5 — 14.) Folgendes (Farrag. Poem. I. f. 132.) schrieb.

— — — — —  
 Visque adeo siquidem febrî cruciabar acuta,  
 Vt nouus a multis esse putarer homo.

— — — — —  
 In tantum vires cunctas mihi febris ademit,  
 Ac animi dotes depopulata mei est,  
 Vt facerem pariter iacturam vtriusquedolendam,  
 Mensibus aegrotans, vt puto, paene tribus.  
 Interea nequii Musarum sacra minister  
 Tractare et Latia personuisse chely.  
 Nec potui tenerae studiis prodesse iuuentae,  
 Adque obeunda scholae munia nullus eram.

— — — — —  
 Saepe reluctabar morbo, conuitia iactans  
 Talia: cum Musis quid tibi febris atrox?  
 Quid



Hier fing sich an, seine Anlage zur Dichtkunst nach und nach zu entwickeln, und der Ruf von einigen seiner wohl gerathenen Aufsätze, der sich durch Böhmen immer mehr verbreitete, kam auch vor den gelehrten Ritter Johann von Hodiejowa. Dieser Mäcen von seltenem Beyspiele, der die Gelehrten, die er mit Wohlthaten überschütten konnte, selbst aufsuchte, und alle die dichterischen Genies, in welche die Natur den Saamen zur Poesie gelegt hatte, in Böhmen, und auch auswärts, zu dieser göttlichen Kunst nicht nur weckte, auch sich dieselben gegen Geschenke und Großmuth zinsbar zu machen suchte, wünschte nun nichts mehr, als mit dem Mitis bekannt zu werden, und von ihm Gedichte zu erhalten. Er bewirkte es durch dessen Lehrer Mathäus Collinus i), und erhielt durch dessen Zuthun von

---

Quid tibi cum Phoebi tenero, mala pestis, alumno?  
 Cerdonum vexa tu furiosa gregem,  
 Robore qui valido cum sint et corpore pingues,  
 Pascere te poterunt, et tolerare diu.  
 Hoc vbi iactarem frustra, tandem mihi Christus  
 Lenimen medica contulit arte piam:  
 Hoc duce; laus ipsi, dira iam febre leuatus  
 Restituor Musis, restituoque scholae.

V. feliciter. Brodae Bohemorum 23 Octobris 1551.

i) Collinus schrieb deswegen an den Ritter (Farrag. Poem. III. f. 145.) Folgendes:

Ad tua vota tibi quem sum lucratus amicum,  
 Tutela dignus sit precor, ille tua.  
 A me formatus, studiis profecit in istis,  
 Siquid profecit floridiore stilo.  
 Illius specimen quoddam tibi mitto. Rogatis  
 Sic satis esto tuis, pollicitoque meo.

Das



von dem Mitis einen Aufsat, der dem Verfasser nicht nur die Bewogenheit und den Schutz dieses Ritters verschaffte, sondern auch die beyden Herzen mit den Banden einer lebenslangen Freundschaft zusammen schnürte. Mitis unterließ nicht, sich durch fleißige Lieferung seiner Gedichte der Freundschaft und der Großmuth des Ritters immer würdiger zu machen.

Indessen kehrte er wieder nach Prag zurück, um seine höhern Kenntnisse auf der Universität zur Vollkommenheit zu bringen. Jetzt ward er in das Collegium Apostolorum, oder Laudae aufgenommen. Er hüpfte vor Freuden über diese Aufnahme, weil sie wegen der Bequemlichkeit des Ortes, und wegen der Bibliothek, die schon der Stifter Mathias

A a

Lau:

